



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Concio

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Hebr. Heron, ab harah, concepit. ... secundum Aristotelem completur in 40. diebus: ... multers vero, in 60. Verius:

... in ... sunt in ...

... transierit ad animum: vt, Tantum scelus animo ... Conceptus mentis, huius, verba concepta, ...

SIMILITUDO.

Omne animal conceptionis suae seruat hono- ... homo autem solus contemnit. In cap. 20. Matth.

... Naturae, &c.

Concio.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Concio dicitur a concionor dicitur. Est au- ... populi multitudo congregata ad audiendum ali- ...

... dicitur. Concionis triplex est acceptio. ... Concionis triplex est acceptio. ...

... Concionator, Kphelerh, ...

BIBLICI LOCI.

... Concionatorum, Pastorum, & Prophetarum ...

SIMILITVDINES.

Quemadmodum agricola vberim feniatis, sic vbi ...

... concionatorum post inreparationem consolatur au- ...

... concionatorum post inreparationem consolatur au- ...

... concionatorum post inreparationem consolatur au- ...

... concionatorum post inreparationem consolatur au- ...

... concionatorum post inreparationem consolatur au- ...

... concionatorum post inreparationem consolatur au- ...

... concionatorum post inreparationem consolatur au- ...

... concionatorum post inreparationem consolatur au- ...

tudine, quantum vires suppetunt, in edificationem auditorum, & gloriam Dei aliquid adferre debent. hom. 20. in Genes.

Agrotum ferunt medici calcibus ferientem, incescentem contra melis & conuiciis, nec offenduntur; quia nihil aliud quam salu- tem hominis agroti querentes, licet facientis indecora (quoniam sepe lacerant medicorum vestes) nec ideo à cura deficiunt: Sic concionator licet mala perpetiatur ab auditoribus, &c. ibid.

Sicut medicus, infirmum videns suis mandatis non obtemperantem, sed vacantem iis, quae morbum faciunt in crudescere, sepe numero infirmum relinquit in sua aegritudine: ita & nos. hom. 31. Genes.

Quemadmodum pictores modo hos, modo illos colores, ab rasis prioribus imponunt, facturi formosam imaginem: Sic & concionator, nunc de coelo, gehenna, &c. ibid.

Sicut medici, qui non vno curationis modo vtuntur, sed cum viderint primis remediis non esse depressum morbum, alia atq; alia rursum excogitant: Ita multis medendi generibus vtatur animarum medicus. hom. 31. in Genes.

Sicut quum magna sumptuosaq; sercula apponuntur, conuiuia- rum fatieras facit, vti quid splendori deeedat appositionum, & magna nonnunquam nullius videantur momenti, eo quod conuiu- abq; edendi auiditate aduenerunt. hom. 44. in Genes.

Sicut homo vbiunq; fuerit ceteris animantibus praestat: Ita do- ctorem decet siue loquatur, siue silcat, siue vbiunq; locorum fue- rit, omnibus aliis hominibus excellere, adeo vt aspectu, inuelli- habitu, & aliis, ceteris praestantior videatur. hom. 37. in Genes.

Sicut pater familias mittens flores, meris festucas de agro, & comportat eas in aream, vt illic trituraret & ventilet, & discernat tri- ticum à paleis: Sic & Dominus mittens Apostolos, ceterosque do- ctiores, quasi messorum praecidit omnes gentes de mundo, & in a- ream ecclesiae congregat. In c. 3. Matth.

Sicut qui retia iactat in aquam necit quos pisces comprehen- surus est, sed quod Deus illi transfuderit, illi intrant in retia: Sic & do- ctor quando diuini sermonis retia super populum iactat, necit qui sunt accessuri ad Deum, sed quoscunq; Deus excitauerit, illi ad- haerent doctrinae. In c. 4. Matth. hom. 7.

Omnis artifex secundum professionem suam opportunitatem operis videns gaudet. Carpentarius si viderit arborem bonam, con- cupiscit praecindere eam ad opus artificii sui. Agricola si viderit terram pinguem, desiderat eam arare. Et quid dico de rationalibus hominibus? ipse irrationalis equus de stabulo exiens, si viderit campos patentes, rapit frenum, & excitatur ad cursum: sic & Do- minus videns magnam congregationem populi, excitatus est ad docendum: Sic & omnis sacerdos, si viderit Ecclesiam plenam, gau- det animus eius, & delectatur vt doceat. In Matth. hom. 9.

Si medico opprobrium est, qui nec alterius habet sanitate in manu, nec suam: si velit alios curare, & ipse debilis sit, quomodo testi- monium imperitiae suae portat in corpore suo proprio passione? Quomodo doctori sit opprobrium, alios velle eruire à peccato, & ipsum in maioribus esse peccatis, dum postea amplius seipsum eruire à peccatis, quam alios? In c. 7. Matth.

Quemadmodum paterfamilias studiosus scit in domo sua, quid vnusquisque necessarium habet: Ita & sacerdos singulorum mores & actus & conuersationem debet discernere: vt quale quibusque me- dicamentum necessarium fuerit subministrat: cui consolatio con- solationem: cui inrepatio, inreparationem. In cap. 9. Matth. ho- mil. 8.

Testimonium studiosi agricolae est messis fecunda: assidui au- tem doctoris documentum, ecclesia plena. In 20. cap. Matth. homi- liu 36.

Sicut edificatores, nodosos lapides, & habentes torturas, ferro dolant, postea vero ponunt eos in edificio, alioqui non dolari lapi- des lapidibus non coherent: Sic & Ecclesiae doctores vita homi- num, quasi nodos acutis inreparationibus primum, circumcidere debent, & sic in Ecclesiae edificatione collocare: alioquin vitus ma- nentibus Christiani Christianis concordare non possunt. In Matth. hom. 40.

Sicut gaudet medicus, quando eum agrotantium multitudo proficitur, sicut letatur rex, quando eum magni exercitus manus armata circumdat. Sic exultat sacerdos, quando eum audientium populus magnus aufultat. hom. 31. in Matth.

Sicut pulli gallinarum pastum suum querentes, per diuersa va- gantur, materis vocibus congregantur ad ipsam, & iterum simpli- ter pascentes disperguntur, & iterum materis vocibus congre- gantur: Sic & populus Dei carnalem voluptatem, & mundialem concupiscentiam sequentes, per diuersos vagantur errores, quos ec- clesia mater per sacerdotes modo inreparationibus modo blandi- mentis, quali quibusdam vocibus congregare & alleclare festinat. In Matth. 23. hom. 46.

Quemad-

vero pastores: ita vt hi imperent, illi vero obediant, sitque homo tanquam caput, illud pedes, illud manus, hoc oculi, illud vero aliud corporis membrum, quo omnia recte inter se conueniant, commodumque tam ad prescitos quam ad subditos redundet, quemadmodum in corporibus membra nequaquam a se dissident, sed cuncta corpus vnum ex diuersis sunt composita, nec idem omnium est officium ac vltus, ad mutuam necessitatis beneuolentiam, neq; oculus graditur, sed ducit: quemadmodum nec pes cernit, sed vadit: nec lingua excipit voces, id enim ad auditum pertinet: sicut nec auditus loquitur, nam linguae id est officium: nalis vero odoris est instrumentum: at guttur cibum gustat, inquit Iob: manus autem dandi est, penes quam & sentire, ac in quam est sensus: Ita & apud nos, qui commune corpus Christi sumus: omnes enim corpus vnum in Christo, ac per vnum Christum inter nos membra sumus, hoc enim imperat ac praesidet, istud vero obedit & dirigitur; nec amborum idem est officium, quemadmodum nequaquam eorundem est imperare & subesse, sed ambo vnum sunt in vnum Christum, ab eodem composita & conglutinata spiritu, licet imperantes a subditis, rursus tanquam medium, & doctrina, & exercitatione, & castitate stent. In Orat. de modest. in dispart.

D. Augustini. Cum Scipio in secundi libri fine dixisset, vt in fidiibus ac tibiis, atque cantu ipso, ac voce concertus est quidam tenendus ex distinctis sonis, quem immutatum ac discrepantem, aures eruditae ferre non possunt, isque concertus ex dissimilimarum vocum moderatone, concors tamen efficitur & congruens: Sic ex summis & mediis, & infinitis interiectis ordinibus, vt sonis moderatam ratione ciuitatem consensu dissimiliorum concinere, & quae harmonia a multis dicitur in cantu, eam esse in ciuitate concordiam, archetypum atque optimum in Republica vinculum incolumitatis, eamque sine iustitia nullo pacto esse posse. Lib. 1. de ciuitate Dei, c. 21.

¶ POETICAE SENTENTIAE.

Silius 9.

Velle ac nolle ambobus idem, sociat aq; leuō Mens euo, ac paruis diues concordia rebus.

Caipur. Ecl. 2.

Esse pares, & ob hoc concordēs viuite, nam Vos Et decor, & cantus, & amor sociatus, & asus.

Claud. Epit. Palladii ac Seren.

Viuire concordēs, & nostrum dissite munus.

Ouid. s. Metam.

Sed pia Baucis annis, parilique aetate Philemon Illi sunt amnis iuncti iuuenilibus, illa Conseruere casu, pauper atemq; serendo Effecere leuem: nec iniqua mente ferendam. Nec referet dominos illic, famulosve requiras. Tota domus duo sunt, q; demq; parentq; iubentq;.

¶ APOPTHEGMATA.

Antisthenes, Fratrum inter se concordiam dixit quouis muro firmius munimentum. Id dictum & ad ciuium concordiam accommodari potest. Laert. l. 6. c. 1.

Musonius dicebat, nullas nuptias sine concordia esse honestas: nec vllam societatem vtilem. Improbos vero inter se concordiam alere non posse. Sicut lignum rectum cum curuo, aut duo ligna curua inter se conuenire nequeunt. Stob. ser. 78.

Leo Byzantinus. Leo Byzantinus Sophista venit Athenas, populo dissidiis tumultuanti concordiam suaturus: vbi prodisset in suggestum, corpore admodum pusillo, omnium risus obortus est. Ille fortuitam occasionem vertens in proecium: Quid, inquit, o viri Athenienses, si conspiceretis vxorem meam? quae tam pusilla est vt vix pertingat ad genua mea. Ad hanc vocem quum maior etiam populi risus sublatu esset, subiecit, At nos tam pusillos si quando dissidemus, vix ciuitas Byzantium capere potest. Ita ferme Plutarchus in praecipis politicis, Sed eandem fabulam multo aliter narrat Philostratus in Sophistis. Nemppe quum prodisset ad populum, diciturus de concordia, ipsa statim spece risum mouit populo, quod obelus esset ac ventre praegrandi. At ille nihil turbatus risu multitudinis. Quid, inquit, ridetis, viri Athenienses? Vxor mihi est me multo oberior, & tamen concordēs vnus capit lectulus, discordēs ne tota quidem domus. Quod refert Philostratus, & probabilis est & festinus.

Isaas Sophista. Lacedaemonii cum periclitarentur, ac de ciuitate mœnibus cingenda consularent, Homericum carmen recitauit Iliæus sophista.

Scutus hosti scuro, galea galea atq; Suro vir.

X

Et

Concordia.

¶ DEFINITIO.

CONCORDIA, Graece *ἁρμονία*, a *ἁρμό*, & *ἡμῶν*, *ἁρμό* concordio dicitur ad alterum, in quantum sicut diuersorum cordium simul in vnum consensum conueniant, vnde concordia est vniuersum diuersorum appetitum: Pax vero est vnio vnus appetitus. ex B. Thom. secunda Secunda, quae. 29. concordio verbum, quod est conuenio: & concors, eius. id est, mentis, & animi. Et discordis, qui corde & animo discordia. Hebraic. *Schalom*, id est, pax: & *Raisan*, beneuolentia. Accord. quali d. idem cor.

¶ LOCI BIBLICI.

Concordia fratrum commendatur. Psalm. 133. 1. Proverb. 18. 19. Math. 5. 9. Rom. 12. 16. 1. Cor. 1. 10. 2. Cor. 13. 11. Eph. 4. 3. 2. Tim. 2. 1. 2. Thess. 3. 16. Tit. 3. 2. Hebr. 10. 24. & 12.

¶ PATRVM SENTENTIAE.

Ordo in Ecclesia ita statuit, vt alii sint oues, alii